

*Esa. 66. 20. seq. Rom. 15. 16. in quem locum vide Doct. Wellerum p. 734. 3. Spiritualia fidelium sacrificia 1. Pet. 2. 5.*

Breviter dico: verba illa Malachiae, aut proprie, aut Metaphorice sunt accipienda: (nullum datur tertium,) Si proprie, E. Pontificii habebunt sacrificium legale V. T. Nam verba Malachiae proprie accepta, loquuntur de sacrificio Legali V. T. Sed hoc est absurdum, quum sacrificia Legalia V. T. non habeant locum in N. T. Sin *Metaphorice*, habemus quod volumus, nempe sacrificium illud non erit externum, sed Metaphoricum & Spirituale, nempe Prædicatio Evangelii, quod erat ostendendum. *Grauer. A. C. Abus. 3. p. 54. 95. seq.* Nos potius ita:

*O. dogma, quod implicat manifestam contradictionem, est impium & fallax:*

*Atqui dogma de missâ Pontificiâ implicat manifestam contradictionem:*

*E. dogma de Missâ Pontificiâ est impium & fallax.*

*Minor probatur. Docent Pontificii, missam esse verum proprie dictum, & exter-*

*exter-*